

F Conc. Afric. c. 69. & Gratian, c. 105.

h Polyc. l. 6. tit. 4. Ansel. l. 10. c. 15. Burch. l. 9. c. 64. Ivo, p. 8. c. 200. Matth. 19. k 1. Cor. 7. l Beda 1. Cor. 7.

m Sent. 4. dist. 35. Ivo, p. 8. c. 237. Pann. l. 7. c. 4.

n Polyc. l. 6. tit. 4. Ivo, p. 8. c. 239. o al. persuasionem. orig. P al. & parentum contumelias.

q Matth. 19. c. 63. Ivo, p. 8. c. 159. duxerit. orig.

r Burch. l. 9. c. 63. Ivo, p. 8. c. 159. duxerit. orig.

s Burch. l. 9. c. 20. Ivo, p. 8. c. 158. & 332.

t Ivo, p. 8. c. 255.

u Gratian. 2. Pars.

V. Item ex Concilio MILEVITANO, c. 17. [an. 416. in Numidia.]

Ab uxore dimissus, vel dimissa à vivo ad penitentiam redigantur, nisi aut continenter vivere, aut sibi reconciliari voluerint.

PLacuit h, ut secundum Evangelicam i, & Apostolicam k disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa à marito, alteri conjugantur: sed ita maneat, ut sibi met reconcilietur. Quod si contempserint, ad penitentiam redigantur.

§ PITH. 1. Redigantur. Additur in Concilio, In qua causa Legem Imperialem petendam promulgari.

VI. Item AUGUSTINUS lib. I. de Sermonibus Domini in monte, c. 25. [c. an. 393. in Africa.]

Machatur qui à vivo dimissam ducere presumpsit.

DOMinus m ad illud confirmandum, ut non facile dimittatur uxor, solam causam fornicationis excepit: ceteras vero universas molestias, si que forte exciterint, jubet pro fide conjugali, pro castitate forriter sustineri. Et moechum dixit etiam virum, qui eam duxerit, quæ soluta est à vivo.

VII. Item HIERONYMUS ad Amandum Presbyterum. [fortè c. an. 388. in Palestina.]

Adultera probatur, quæ vivente viro alteri nubat.

OMnes n cautiones Apostolus amputans, aperitissimè definit vivente viro esse adulteram mulierem, si alteri nuperit. Nolo mihi proferas raptoris violentiam, matris præstationem o, patris auctoritatem, propinquorum catervam, servorum insidias, atque contemptum p, damna rei familiaris. Quamdiu vivit vir; licet adulter sit, licet sodomita, licet flagitiis omnibus cooperatus, & ab uxore propter hæc scelera derelictus; maritus ejus reputatur, cui alterum virum accipere non licet. Nec Apostolus hæc propria auctoritate decernit, sed Christo in se loquente Christi verba secutus est, qui ait in Evangelio q: Qui dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam machari: & qui dimissam acceperit, adulter est. Unde & Apostoli gravem conjugii facinram intelligentes: Si ita est, inquit, non expedit homini uxorem accipere. Ad quos Dominus: qui potest, inquit, cape, capiat: statimque sub exemplo trium eunuchorum virginitatis infert beatitudinem, quæ nulla carnis lege tenetur s. § CORR. ROM. a Amandum. Sic in plerisque vetustis. Nam in vulgatis erat, Damajum. Sunt autem aliqua in hoc Capite emendata ex ipso originali, ubi Glossa non obstitit. § Tenetur. Post hæc verba apud B. Hieronymum sequitur c. non satis. xxxiv. q. 1. & 2.

VIII. Item ex Concilio ELIBERITANO, c. 9. [an. 305. in Hispania.]

Mulieri fideli, quæ virum adulterum dimittit, alii nubere non licet.

Fidelis r femina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxit t, prohibetur, ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is, quem reliquit, de seculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit.

§ PITH. 2. Fidelis. Ambros. Comment. in Lucam c. 16. Hieron. in c. 19. in Matth. de obitu Fabole, & in Epist. ad Amandum & Oceanum, Chrysol. Homil. 7. in Marib. Orig. tractat. 7. in Marib.

IX. Item ex Concilio Martini Papæ, id est, ex Cap. Martini Bracarenis, c. 80. [c. an. 572. ibid.]

Ad penitentiam est cogendus, qui multis Nuptiis copulatur.

SI quis fuerit multis Nuptiis copulatus, penitentiam agat. Conversatio autem, & fides penitentis tempus comprehendat.

§ CORR. ROM. a Comprehdendat. In originali, & apud Ivonem est: compendiat tempus. Apud Burchardum corruptè, compendit. Et in Concilio Neocesariensi, c. 3. supra, xxxi. q. 1. de his, unde hoc sumptum est, legitur, abbreviat. Sed ob Glossam non est mutatum.

X. Item AUGUSTINUS de Adulterinis Conjugiis, lib. 1. c. 9. [c. an. 419. in Africa.]

Qui ob fornicationem uxorem dimittit, & aliam ducit, machari probatur.

QUemadmodum u non rectè dici potest, si ergo nescit homo, non peccat (sunt enim etiam peccata ignorantium, quamvis minima, quàm scientium); ita non rectè dici potest, ergo si causa fornicationis dimiserit vir uxorem, & aliam duxerit, non moechatur. Est enim moechatio etiam eorum, qui alias ducunt relicti propter fornicationem prioribus: sed utriusque minor, quàm eorum, qui non propter fornicationem dimittunt, & alteras ducunt.

SUNT enim in fornicatione gradus: ut sicut gravior peccat adulter, quàm fornicator; sic gravior delinquit, qui nec sua dimissa aliam ducit, eo, qui suam dimittens, aliam cognoscit: gravior quoque, qui uxorem habens ad conjugem

proximi sui accedit, quàm qui non habens uxorem, torum & alterius violat, vel uxoratus ad solutam accedens. Sed hos & omnes incestuosi transcendent: quos vincunt contra naturam & delinquentes. Unde

XI. AUGUSTINUS de Adulterinis Conjugiis. [fortè c. an. 419. ibid.]

ADulterii malum v vincit fornicationem; vincitur autem ab incestu. Pejus est enim cum matre, quàm cum aliena uxore concumbere. Sed omnium horum est pessimum, quod contra naturam fit, ut si vir membro mulieris non ad hoc concepto voluerit uti. Usus enim naturalis, si ultra modum probabitur, in uxore quidem veniale est, in meretrice damnable. Sed iste, qui est contra naturam, execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in uxore. Tantum valet ordinatio Creatoris, & ordo creaturæ, ut in rebus ad utendum concessis, etiam cum modus exceditur, longè sit tolerabilis, quàm in eis, quæ concessa non sunt, vel unus, vel rarus excessus. § CORR. ROM. i In multis vetustis Caput hoc conjunctum est superiori: atque in eo referuntur verba B. Augustini hinc inde collecta, potissimum ex libro de Bono Conjugali, c. 8. 9. & 11. quem etiam librum citat Ivo, & Magister.

XII. Item AMBROSIIUS in lib. de Patriarchis, lib. 1. de Abraham, c. 6. [c. an. 387. Mediolani.]

Minus est secundum naturam coire, quàm contra naturam delinquere.

OFFerebat v sanctus Loth s filiarum pudorem. Nam est illa quoque flagitiosa impuritas erat: tamen minus erat secundum naturam coire, quàm adversus naturam delinquere. Præferat domus suæ verecundia, hospitalem gratiam, etiam apud barbaras gentes inviolabilem.

XIII. Item AUGUSTINUS Confessionium lib. 3. c. 8. [c. an. 400. in Africa.]

Graviora sunt flagitia, quæ contra naturam probantur.

FLAGitia a, quæ sunt contra naturam, ubique & semper detestanda, atque puniendæ sunt: qualia Sodomitarum fuerunt. Quæ si omnes Gentes facerent, eodem criminis reatu divina Lege tenerentur: quæ non sic fecit homines, ut se illo uteretur modo. Violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, cujus ipse autor est, libidinis pervertitatem pollutur.

XIV. Item IDEM contra Jovinianum, lib. 1. [fortè an. 419. ibid.]

Turpior, & flagitiosior est usus contra naturam, quàm fornicationis, vel adulterii.

USus naturalis b & licitus est in conjugio, sicut illicitus in adulterio. Contra naturam vero semper illicitus, & c. 106. proculdubio flagitiosior, atque turpior: quoniam sanctus Apostolus c & in feminis, & in masculis arguebat: damnabiliores velle intelligi, quàm si in usu naturali vel adulterando, vel fornicando peccarent.

§ CORR. ROM. j Caput hoc neque in libro de Bono Conjugali, quem contra Jovinianum se scripsisse B. Augustinus lib. 2. retract. c. 22. profertur; & neque in libris contra Julianum, quorum quintum citat Ivo, est inventum. De his tamen flagitiis agit lib. 2. de Nuptiis & Concupiscentia, c. 19. & 20.

XV. Item ISIDORUS lib. 2. de Summo Bono, c. 39. [c. an. 625. in Hispania.]

Omnis immunda pollutio, fornicatio est, licet varia sint peccata fornicationis.

NON solum de commissa fornicatione peccatum regnat in homine: sed, si adhuc delectetur, atque animus teneat, proculdubio regnat. Fornicatio carnis, adulterium: fornicatio animæ, idolorum est servitus. Est autem & spiritalis fornicatio: de qua d Dominus ait c: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam machatus est eam in corde suo: quod omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur, quamvis quisque diversa turpitudinis voluptate prostituat. Ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus & Regnum Dei clauditur, & homo à Deo separatur.

§ 1. Inter cetera septem vitia, vitium fornicationis maximum scelus est: quia per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollens membrum Christi, facit membrum meretricis. Sunt autem a quedam, quæ sicut animalia absque ulla discretionem, indefinenter libidini serviunt: quis ego nec mutis pecoribus comparaverim. Pecora enim cum conceperint, ultra non indulgent maribus copiam sui.

§ CORR. ROM. a Sunt autem. Hæc non sunt inventa apud Isidorum: sed apud Origenem Homil. 5. ad c. 19. Gen. & similia apud B. Hieronymum in c. 5. Epist. ad Ephelios.

XVI. Item ex EPISTOLA PRIMA Clementis ad Jacobum. [c. an. 68. Romæ & Sent. 4. Hierosolymani.]

Adulterium secundum in penis obtinet locum.

QUid b in omnibus peccatis adulterio gravior? Secundum namque in penis obtinet locum: quoniam quidem c. 21.

primum illi habent, qui aberrant à Deo, etiam si sobriè vixerint.

§ CORR. ROM. l Locum hunc ex Epistola Clementis citat Nicolaus I. in Epistola omnibus Archiepiscopis, & Episcopis in Regno Lotharii, quæ incipit, Optavimus: & extat Romæ in Bibliotheca Monasterii Dominicanorum. § PITH. 3. Quid. Vide c. 4. ext. de judic.

GRATIAN. 2. Pars. 4. His autoritatibus evidentissimè monstratur, quod quicumque causa fornicationis uxorem suam dimiserit, aliam illa vivente ducere non poterit: & si duxerit, reus adulterii erit. § 1. His ita respondetur. Hæc autoritates de his loquuntur, quorum continentiam carnalis infirmitas non impedit, vel de his, qui præstantes causam diffidii, aliorum conjunctione se reddiderint indignos. Unde

XVII. AMBROSIIUS super primam Epistolam Pauli ad Corinthios, ad c. 7. [imò Hilarius Diaconus c. an. 384.]

UXor h a à vivo non discedat, nisi causa fornicationis: quod si discesserit, aut maneat inupta, aut reconcilietur viro suo: & vir similiter non dimittat uxorem. Ideo b non subdit de viro, quod de uxore præmissit: quia viro licet ducere aliam.

§ CORR. ROM. m In eo Ambrosii loco pluribus verbis hæc res exponitur: sed contrariam sententiam asserit B. Ambrosius lib. 1. de Abraham, c. 4. § 7. quod refertur supra ead. q. 4. nemo: & in Comment. ad c. 16. Lucæ, toto c. 1. libri octavi, cujus pars refertur infra xxxiii. q. 2. c. an. quod.

§ PITH. 4. Uxor. Augustinus lib. de fide & operibus c. 19. ait venialiter falli, qui ob Scripturarum obscuritatem existimant non esse adulterum qui dimissa uxore causam fornicationis aliam ducit. De feminis extat Fabiola exemplum, quæ publicam penitentiam egit. Vide can. 9. Conc. Eliberti.

XVIII. Item GREGORIUS III. Bonifacio Episcopo, Epist. 4. [imò Gregorius II. an. 726. Romæ in Germaniam.]

Licet ducere aliam viro, cui sua ob infirmitatem corporis debitum reddere non valet.

QUod proposuisti l, si mulier infirmitate correpta non valet debitum viro reddere, quid ejus faciat jugalis: bonum esset, si sic permaneret, ut abstinentia vacaret: sed quia hoc magnorum est; ille, qui se non poterit continere, nubat magis: non tamen subsidio opem subtrahat ab illa, quam infirmitas præpedit, non detestabilis culpa excludit.

§ CORR. ROM. n Epistola, ex qua Capitulum hoc acceptum est, impressa extat tomo 3. Conciliorum, & manuscripta in Bibliotheca Monasterii Dominicanorum: & quæ citatur infra xxxiii. q. 1. c. quod autem, & c. sequenti, videntur esse hujus Gregorii III.

GRATIAN. 2. Pars. 4. Sent. dist. 35. Glossa ord. 1. Cor. 7.

SED illud Ambrosii m à fallacibus dicitur infertum. Illud Gregorii sacris Canonibus, immò Evangelicæ, & Apostolicæ doctrinæ penitus invenitur adversum. Quidam verò sententiam Ambrosii servare cupientes, non de qualibet fornicatione illud arbitrantur intelligi, ut ob quamlibet fornicationem vir licet dimittat uxorem, & vivente dimissa aliam ducat: sed de incestuosa tantum fornicatione intelligi: cum uxor videlicet alicujus, patri & filio, fratri & avunculo viri sui, vel alicui similibus se contumprandam publice tradiderit. Hæc autem, quia viro suo se illicitam reddidit in perpetuum, dum per copulam consanguinitatis in primum, vel secundum, vel tertium gradum transiit affinitas n; licet dimittatur, & ea vivente superducitur alia. Hic si quis contendat non magis viro, quàm mulieri licitum esse, si vir alicujus eodem modo fornicetur; sciat virum ab Ambrosio appellatum non sexu, sed animi virtute: mulierem quoque nominatam sentiat non sexu corporis, sed mollitia mentis. Sed quia nulla auctoritas permittit, ut uxore vivente alia superducatur; intelligitur illud Ambrosii in supradicto genere fornicationis: non tamen, quod vivente dimissa, aliam ducere possit: sed post mortem fornicari, vel fornicariæ (quorum uterque, ut supra dictum est, à corruptione luxuriæ mulier appellatur): ille, qui à fornicatione mundus est, vir vel mulier alius copulari possunt: adulteri autem, si supervixerint, nullo modo alius copulari poterunt. § 1. Sic & illud intelligitur, quod legitur

XIX. IN CAPITULO cujusdam Concilii. [fortè in Concilio apud Compendium c. 8. an. 756. in Gallia.]

Licitum conjugium non negetur illi, cujus uxor cum suo fratre dormierit.

QUædam cum fratre viri sui dormierit: decretum est, ut adulteri nunquam conjugio copulenter: illi verò, cujus uxor stuprata est, licita conjugia non negetur.

§ CORR. ROM. o Simile legitur lib. 5. Capitulum c. 19.

GRATIAN. 2. Pars. 4. Sent. dist. 35. Glossa ord. 1. Cor. 7.

Sic intelligitur & illud

XX. MOGUNTINENSIS CONCILII. [an. 813. in Germania.]

Disjungantur, & nunquam conjugio copulentur, qui quolibet infra subjectorum admiserint.

SI quis viduam p uxorem duxerit, & postea cum filiastra q Burch. l. 17. sua fornicatus fuerit, seu cum duobus fororibus s, aut c. 9. si qua cum r duobus fratribus t, seu cum patre & filio u, Ivo, p. 9. c. 71. si quis relictam fratris, si quis neptem, aut novercam, § 77. aut nurum, aut consobrinam, aut filiam avunculi, aut ejus relictam, aut privignam polluerit; eos disjungit, & c. 121. ulterius nunquam in conjugio copulari præcipimus.

§ CORR. ROM. p Sentus hujus Capituli est in Concilio primo Moguntino, c. 56. & 11. sub Rabano, c. 29. & lib. 5. Capitulum c. 101. ubi etiam pleraque eadem verba habentur.

§ PITH. 5. Sororibus. V. C. add. concubuerit. Cam. V. C. delet. Fratribus. Add. V. C. nupserit. Filio. Add. V. C. fornicata fuerit.

XXI. Item q. [imò ex Concilio Vermeriensi, q in Conc. c. 12. an. 752. in Gallia.]

Sororem uxoris pollutens, neutram habere valet.

QUI dormierit r cum duobus fororibus, & una ex illis s antea uxor fuerit; neutram ex ipsis habeat: nec ipsi adulteri unquam in conjugio copulentur.

XXII. Item illud GREGORII. [fortè c. an. 600. Romæ.]

Causa adulterii uxorem relinquens continentiam servet. HI verò t, qui uxores suas in adulterio deprehendunt, f al. His non licebit nec eam, nec eam, aliam uxorem accipere, vel alium virum, quamdiu ambo vivunt. Si autem adultera mortua fuerit; vir ejus, si vult, nubat, tantum in Domino: adultera verò q nunquam, etiam si mortua fuerit vir ejus: omnibus tamen diebus vite suæ accerrime penitentiam lamenta persolvat.

§ PITH. 6. Adultera verò. Eadem ratione quæ & Ambrosius in 1. ad Corinth. 7. illud, quod sup. can. 17.

XXIII. Item ex DECRETO Zachariæ Papæ. [fortè c. an. 744. Romæ.]

Neutram habeat, qui sororem uxoris pollutit.

CONcubuiti u cum sorore uxoris tuæ? si fecisti, neutram habeas: & si illa, quæ uxor tua fuerit, conscia Burch. l. 19. sceleris non fuit, si se continere non vult, nubat in Domino cui vult. Tu autem & adultera sine spe conjugii permaneat: & quamdiu vixeris, juxta præceptum Sacerdotis penitentiam agite.

§ PITH. 7. Concubuiti. Centur. tomo 8. p. 701.

XXIV. Item ex CONCILIO TRIBURIENSI. [imò Vermeriensi c. 10. & II. ex Cone. apud Vermeriensi, c. 5. fol. 273. it. 4.]

Cum noverca, vel filiastra, vel sorore sua uxoris dormierit, ad conjugium pervenire non poterit: vivis tamen carum legitima non negantur conjugia.

SI quis v cum noverca sua dormierit; neuter ad conjugium v Burch. l. 17. potest pervenire: sed vir ejus potest, si vult, aliam c. 11. accipere, si se continere non potest. § 1. Similiter si quis cum filiastra sua, vel cum sorore uxoris suæ dormierit, observandum est.

QUAMVIS illud, quod in fine Moguntinensis Concilii ponitur, à nonnullis non de legitime conjunctis, sed de fornicatis dictum intelligitur: videlicet ut fornicari discedant ab invicem, & sine spe conjugii permaneat. Illud verò Gregorii ad Bonifacium, Anglicis a pro tempore permittum est: quibus B. Gregorius in quarta, & quinta generatione conjugia contrahi permisit: alias autem inane esset, cum Augustinus dicat in lib. de Sermonibus Domini in monte, [Si uxorem quis habeat sterilem, &c.]

§ CORR. ROM. a Anglicis. Verè hic autor Glossæ animadvertit, Gratianum, quod Gregorius III. scripsit ad Bonifacium Legatum Germaniæ pro causis Germanorum, retulisse ad ea, quæ multo antè B. Gregorius I. scripserat ad Augustinum Anglorum Episcopum, dispensando cum Anglicis ad fidem nuper conversis super gradibus consanguinitatis, & affinitatis: & habetur infra xxxv. q. 2. & 3. c. quadam lex, & q. 5. c. ad sedem.

XXV. Item NICOLAUS ad Carolum Moguntinensem Episcopum. [c. an. 860. Romæ & Sup. ead. q. 5. si uxorem.]

Ob infirmitatem, vel damna corporis, conjugia solvi non licet.

HI, qui a matrimonium sani contraxerint: & uni ex duobus amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit; ob hæc infirmitatem conjugia talium solvi non possunt. Similiter sciendum de his, qui ab adversariis excruciantur, aut membris truncantur, aut à Barbaris electi fuerint.

XXVI. Item FABIANUS Papa. [imò Paulus, lib. 2. sent. tit. 19. c. an. Chr. 224. Romæ.]

6. Pars. l. 2. Sent. Pauli, tit. 19. in interpret. l. 4. in Cod. Th. Sent. 4. dist. 34. Ant. l. 10. c. 27. Burch. l. 9. c. 28. Polyc. l. 6. tit. 4. Ivo, p. 8. c. 166. Pann. l. 6. c. 92.